tri:aut portulace:ꝛ ſepius innouetur.
¶ Mahomet filiꝰ Zacharie. Confectio medicamĩs vlti
mi ad garab:qđ admiſtraĩ poſtq̃ꝫ abluiĩ fiſtula cũ vĩo ſti
ptico:deĩde exprimiĩ donec egrediaĩ vĩtus eiꝰ. ℞.aloes:ſar
cocolle:ſanguis draconis:myrre:thuris:balauſtie:boli ar.
ana.ʒ.v.çinian.ʒ.i.ꝛ.ſ.climie argenti.ʒ.x. Terantur ꝛ pul/
uerizentur ꝛ ſupponantur.
¶ Idem. Aliud valẽs ſilr. ℞.aloes:thuris:ana.ʒ.i. ſarco/
colle:balauſtie:ſanguis draconis:antimõij:alumis:añ.ʒ.ſ.
floris eris:q̃rtã.ʒ.vnius:fiãt collíria:ꝛ vtere ſicut prius.
¶ Diaſcorides. Accipe ex folijs camedreos ſiccis:ꝛ tere
ↄtritione vltima:ꝛ fac ex eis ſief cuꝫ ſucco ſolatri:ꝛ vtere.
bonum ad vlcera oculoꝝ:ꝛ algarab.
¶ Gabriel. Cõfectio medicamĩs experti ad algarab:ꝛ vl/
cera. Accipe ſief memithe:camedreos : corticum thuris:
myrre:aloes:ſarcocolle:attramẽti:ariſtologie rotũde: añ.
ptes equales. Teranĩ ſiĉ alcohol:ꝛ vtere:ſicut prius.
¶ Idem. Aliud. ℞.myrre:aloes:corticũ thuris ſiccaruꝫ:
añ. vtere indeſinenter cum aqua altaraxacon.
¶ De almuſaragi ſiue alinthiſar ꝛ eſt egreſſio vuee: ſiue
pupille dilatatio.

p Oſtq̃ꝫ ↄfirmaĩ aut q̃ a nã eſt nõ hꝫ curã. Facta ãt
a ſiccitate difficlter curaĩ : tñ ſuccurriĩ ei cũ bono
regimie ꝛ hũectatione ex his q̃ ſcis. Et eſt q̃ fit ex
hũectatiõe. Et cura eiꝰ eſt quatuor res.
¶ Prima eſt euõ ꝛ ſubtractio eius q̃ excreſcere videtur
mãe iterata cũ ĩterpolatõe nõ frequẽti:ꝛ flobotomia ſi ap
pareat ſignificatio humoꝝ abũdãtiuꝫ cũ ſanguie:ꝛ ꝑprie
cephalice: ꝛ poſt hãc ſi exigit diſpõ ex venis lachrymalis
ꝛ venis tẽporũ:ꝛ fiat inciſio arteriaꝝ:aut cauteriçatio ipa
rum ſi res poſtulat. Et qñq̃ꝫ fit cauteriuꝫ: ꝛ confert ꝑprie
in ꝗendeng:ſicut diximus.
¶ Scđa eſt admiſtratio medicinaꝝ diuertẽtiũ mãm ex
loco ſiĉ ſcarificatio ĩ auribꝰ:ꝛ aptio cũ ventoſatõe emoroi
daꝝ:ꝛ appõ ventoſaꝝ in nucca:ꝛ ſup collũ:ꝛ in ſpatulis.
¶ Tertia eſt abſtinentia: ꝛ tollerantia famis: ꝛ regimen
exiccatiuum.
¶ Quarta ẽ admiſtratio reꝝ reſoluẽtiũ ex ipo oculo:ꝛ ex
trahentiũ hũiditates dilatãtes vueã: ſicut ꝑprie alcohol
ex felle hedi cum ſucco feniculi : ꝛ pauco ſale armoniaco:
aut ex felle ericij:aut ex felle teſtudis:aut ex capitibꝰ irũ/
dinũ aduſtoꝝ. Et fiat ide colliriũ cũ ſucco celidonie ꝛ mel
le qm̃ ẽ exptũ. ¶ Eſt ẽt q̃ fit a caſu:ꝛ ꝑcuſſiõe. Et cura eiꝰ
ẽ due res poſt regulationẽ:ꝛ abſtinẽtiã ĩ eis q̃ comeduntĩ:
ꝛ alijs: ꝛ abſtinẽtiã a vino. ¶ Et pͥma eſt vt ĩ pͥncipio fiat
admiſtratio repcuſſiuoꝝ:ꝛ ĩfrigidantiũ: ꝛ ꝓhibẽtiũ effu/
ſionem mãe:ꝛ hoc poſt flobotomiã:ſiĉ ꝑ̃pe eſt emplaſtrũ
ex farina fabaꝝ excorticataꝝ:cũ aq̃ folioꝝ ſalicis:ſolatri:
aut endiuie. ¶ Scđa fiat admiſtratio reſolutiuoꝝ me
diocriũ.ſiĉ ꝑprie fit ex vitello oui cũ oleo roſato : ꝛ pauco
vino emplaſtrato deſup:ꝛ ꝑprie poſt ĩſtillationẽ in oculis
ex ſanguie turturis:aut pulli colũbini. Ad vltimũ ĩſtillen
tur collíria reſolutiua fortiora q̃ paulo añ dicta ſunt.
¶ De noctilopa oculorum: ideſt qui poſt ſolis occa/
ſum non vident.

c Ura hꝰ egritudis ẽ q̃tuor res. Prima ẽ regulatio
vite. Scđa eſt ſubtractio mãei. Tertia eſt abſter/
ſio eius qđ fluxit. Quarta eſt correctio nocumẽti
accidentis in ſpiritu.
¶ Primã igĩ rẽ cõplet cõmẽſuratio ĩ ſex gñibꝰ reꝝ ꝛ ꝑ̃pe
cũ alleuiatõe comeſtiõis:ꝛ dimiſſiõe cene. Et ſint cibaria
digõni obediẽtia ex his: q̃ ſcis. Et deĩ ĩ potu añ cibum et

poſt deſcenſum eius a ſtõ:vinũ antiquũ bonũ purũ poſtq̃ꝫ
ꝓpinaueris añ illud ſuffuĩ reſenigi: qđ dicemꝰ poſt. Et ex
cibis q currũt curſu ꝓpͤtatis:ẽ epar yrcinũ comeſtũ aſſũ
aut elixũ cũ ſale gẽma modica:ꝛ modico pip.lõgi. Herba
ãt adhil ꝛ electuriũ eiꝰ eſt ſublimis iuuamenti ad illud.
¶ Scđam rẽ cõplet flobotomia ex cephalica:ſi multitu/
dinẽ cognoueris in ſanguie: ꝛ ex venis lachrymalibꝰ ꝛ ex
naribꝰ ſi ĩuitat neceſſitas. Si aũt ex humoꝝ groſſitie fie/
ri ↄtingat euõ fiat cũ yera pigra:ꝛ yera collogntidos:ꝛ pil
lulis cochys et cum gargariſmatibus: ꝛ caputpurgijs ex
eis que ſcis.
¶ Tertiã rẽ ↄplent collíria de fellibꝰ:ꝛ ĩſtillatões in ocu
lis ꝛ ꝑprie eiꝰ q currit ex epate yrcino:aut caprino qñ ſci/
diĩ in multis ptibꝰ:ꝛ aſpergiĩ ſup ipm ſal ĩdus:aut ſal gẽ/
ma:ꝛ pip.lõgũ poſt ↄtritõeꝫ coꝝ. Deide aſſaĩ.ꝛ qñq̃ꝫ huiꝰ
epar aſſaĩ cuꝫ eiſdẽ ſpẽbꝰ ſup prunas:ꝛ ſit ĩclinatio ſup fu
mũ eiꝰ. Et iã dcm̃ eſt ꝙ comeſtio eiꝰ eſt iuuatiua valde:et
ſilr ĩclinatio ſuper vaporẽ aq̃ elixatõis eius.
¶ Quartã rem ↄplẽt adminiſtratões medicaminũ ſpũꝫ
viſibilẽ ſubtiliantiũ ꝛ illuſtrantiũ: ſiĉ ẽ ꝑprie vſus herbe
adhil ꝛ cucube ꝛ feniculi ꝛ kebuli ↄditi: ꝛ nux muſcata cõ
dita:ꝛ alia q̃ diximꝰ ĩ caplõ pͥmo de egritudibꝰ oculoꝝ.
¶ Alexãder. Cõfectio colliríj ad noctilopã expti. Accipe
ſucci feniculi cocti ꝛ depurati ptẽ vnã:mellis: ꝛ fellis yrci
ni añ. ptem mediam. bonũ ꝛ expertum.
¶ Idem. Predicto collírio admiſce ex ſtercore crocodil/
li:aut ſtelliõis.añ.ptis vniꝰ q̃rtã:ꝛ ſanat ĩ paucis diebꝰ.
¶ Ideꝫ. Fiat alcohol ex pipere longo çinçibere ꝛ ſpica.
ꝛ confert. ¶ De aq̃ deſcendente in oculum.

q Uando eſt ĩ pͥncipio: ꝛ nõ ẽ ↄfirmata ſuccurriĩ ei
cũ medicis:ꝛ ꝑprie cũ abſtinẽtia:ꝛ dimiṅtõe cibo
rum:ꝛ vitatõe groſſoꝝ:ꝛ vaporoſoꝝ. ſiĉ ſũt pulmẽ
ta:ꝛ pinguia:ꝛ iura:ꝛ piſces:ꝛ vinũ ꝛ ſilia ipſis. Et cũ mũdi
ficatõe ſepius iterata:ꝛ ꝑprie cũ cochys:yera pigra:ꝛ yera
diacollogntide:ꝛ cũ admiſtratõe medicinaꝝ reſoluẽtiuꝫ:
ſiĉ eſt aq̃ rute:ꝛ ꝑ̃pe cũ ſerapino:aut aliquo ex fellibꝰ aia/
lium cũ melle:ꝛ ſucco feniculi:aut ſerapinũ cuꝫ felle yrci/
no:ꝛ melle:ꝛ ſucco feniculi:qm̃ eſt vtiliſſimum.
¶ Filius Zacharie araſi. Cõfectio colliríj đ fellibꝰ ad pͥn/
cipiũ aq̃ ꝛ noctilopã:ꝛ alintiſar. Accipe fellꝭ yrci exiccati ĩ
vaſe eneo.ʒ.x. pulpe collogntide.ʒ.i.ꝛ.ſ. ſerapini.ʒ.ij. eu/
forbij.ʒ.ij. Fiãt ſief cũ aq̃ rute:aut aq̃ feniculi:ꝛ vtere.
¶ Sabor. Colliriũ bonũ ꝛ expertuꝫ. Accipe fellis yrcini
exiccati in vaſe eneo:ꝛ granoꝝ lauri exiccatoꝝ añ.ʒ. v.ſe/
rapini.ʒ.i.gũmi.ʒ.ſ. Fac ex eis colliriũ cũ ſucco celidonie
ꝛ vrina pueri nõ polluti:ꝛ melle. ¶ Qñ ãt paſſio fuerit cõ
firmata ꝛ fuerit ex eis in qbꝰ eſt poſ̃itas curatõis:cꝰ ſignũ
eſt:ꝙ dũ aſpiciĩ oculus:vel pupilla videtur clara ꝛ cedit
dilatatõi cũ pͥmiĩ digito: aut iſtro:deide redit ad ipꝫ:ꝛ nõ
frangiĩ:tũc ẽ ex illis q̃ deponũĩ ex recta opatõe artificis.
Et modꝰ deponẽdi aq̃ꝫ cũ iſtro eſt hmõi. Subtilieĩ regi/
men eiꝰ ex cibo:ꝛ potu: ꝛ dimittat vinũ oĩo. Et ſit cibꝰ eiꝰ
aqua ciceris ꝛ ſauic:ꝛ ſorbilia facilis digõnis:ꝛ boni nutri
mẽti:ꝛ pauce q̃ꝫtitatis. Et ꝑcedat cũ iteratõe ĩ mũdifica/
tõe corporis:ꝛ capitis. Et pͤcedat cũ flobotomia:ſi neceſſa
ria fuerit. Deide ĩ domo tẽperati aeris nõ lumioſa loceĩ:
ꝛ iaceat ſuppinꝰ:ꝛ pͤcipiaĩ ei: vt ↄuertat ĩtuitũ ſuũ verſus
naſuꝫ. Deide ĩcipe pforare ex pte ſilueſtri lachrymalis cũ
ĩſtrumẽto:qđ dĩ deponens aquã:ꝛ ꝑcedat perforatio ĩter
tunicã ꝛ tunicã cũ oĩ facilitate vſq̃ꝫ dũ ꝑueniat ad vacuũ:
qđ eſt añ pupillã. Deide ĩcipe deponere aquã:ꝛ occultare
illã ſub cornea:donec deocculteĩ qđ ſepultũ erat ſub aq̃:
ꝛ videat. Et obſerueĩ cuꝫ ĩduſtria:ne qđ deponiĩ ex aqua
redeat occultãdo:ꝛ ſepeliendo eaꝫ inquãtũ poſſibile fue/
rit:ne redeat:ꝛ hoc cum iteratõe ꝛ iteratõe donec adueni
at ſanitas. Et poſt hoc pone ſuper oculũ vitellũ oui ꝛ oleũ

roſatum cum puluillo ex coto. Et ſit accubitus ſuper cer/
uicem ⁊ collum: ⁊ fiat hoc vſq3 ad tps: quo remouebit᷑ do
lor: ⁊ nõ ſoluat᷑ ligatura: niſi de triduo in triduū: ⁊ dū3 ſol/
uit᷑: vapore᷑ oculus cū aq̄ roſata decoctõis ſalicū: ⁊ ſiliu3.
Et ſit dom⁹ ĩ qua habitat tenebroſa. Et afferant᷑ ad locu3
hūc deĩceps: q̄ diximus in cura vulnerum oculoꝝ.

## De debilitate viſus.

s Iᴄontingat ĩa re addita in ſupficie oculoꝝ: quā ſen/
ſus cõprehendit. ſic̄ eſt vngula: pãnus: ſcabies: ⁊ ſe
bel dicta eſt cura ei⁹. Si āt cõtingat pp rē quā ſen
ſus nõ valet ꝯprehēdere ſic̄ nebula vel vapor: tūc ei⁹ cura
eſt terſio cū eo qð ē reſolũnis mediocris: ſic̄ ſcripſim⁹ ĩ ca
none. Si aūt fuerit pp vapores q eleuant᷑ a ſtõ poſito ſub
dominio hūiditatū viſcoſaꝝ putridaru3: ⁊ vaporoſaꝝ aut
ſub dominio colerice mãe vaporoſe. Cura ei⁹ ē mūdifica/
tio ſtõaci cū ſolũne ⁊ vomitu leni ⁊ facili ex his q̄ diximus
cū pceſſione admĩſtratiõis medicaminū iciſiuoꝝ. ſic̄ ſiru
pi acetoſi in calida mã: ⁊ oximellis ſqlliticí in frigida mã:
⁊ ſubſecutione medicaminū: qbus appropriet᷑ duplex itē/
tio. ſ. ꝯfortationis ſtõaci ⁊ ꝓhibitõis eleuationis vaporu3
cum eis q̄ ſunt ſic̄ trifera mĩor ꝓprie ⁊ kebuli ꝯditi ⁊ çuc/
carum roſatum cū maſtice: ⁊ trociſci nomĩati dyarodon.
Si aūt fuerit ꝓpter peccatum qð ē in ipſo oculo: tūc fit il
lud: aut pp exceſſum ſiccitatis ĩ ipſo. Et cura ei⁹ ē regimē
hūectatiuū: qð diximus in canone pterq̄3 faciat cadere ĩ op
pilationē: aut pp exceſſum turbide hūiditatis ĩ ipſo. Et cu
ra eius eſt tres res. ❡ Prima eſt adeq̄tio ⁊ digõ mãe: ſic̄
locuti fuim⁹ in canone. ❡ Scða eſt euo ei⁹ cū eis q̄ ſunt ſi
cut pillule de yera: ⁊ pillule cochie: ⁊ pillule lucis: ⁊ ĩfuſio
de aloe: aut yere ĩ aq̄ endiuie: ⁊ aqua fructuum. ⁊ ſimilia.
❡ Tertia eſt reſolũ ⁊ terſio ex ipſo oculo hūiditatis tur/
bide obtenebrãtis cū eo qð ē ſic̄ colliriū ð feniculo ⁊ ſilia:
quoꝝ ĩ caplõ de ꝯſeruatõe ſanitatis oculi rememorati ſu/
mus: q̄propter afferat᷑ ad locū hūc qð dcm̄ ē ibi. Si āt cõ/
tingat paſſio pp turbulētiā aduenientē ſpūi viſibili cura
eius eſt oē bonū regimē in ſex generib⁹ reꝝ: cui ſubſeq̄tur
regimē mūdificatiuū corporis: poſt qð ſubſequat᷑ regimē
clarificãs ſanguinē: ⁊ clarificãs ſpūs ex his q̄ pceſſerūt in
canone. Et qñq3 ꝯtingit pp ſubtilitatē: ⁊ paucitate3 ipſius
ſpūs. Et cura ei⁹ eſt cū admĩſtratõe medicaminū adden/
tiū in ſpū: ⁊ vigorãtiū ipm. Et ex ſũma hoꝝ ſūt mirabola/
ni: ⁊ q̄ ꝯponunt᷑ ex eis. Afferant᷑ ad hunc locū q̄ diximus in
caplõ de ꝯſeruatione ſanitatis: quãobre3 op3 vt caplm̄ il
lud cum iſto ſimul ligetur.

❡ Inq̄t Galie. Fella oĩa abſtergunt oculu3: ⁊ clarificant
viſu3. Eligant᷑ ex aĩalibus gdē3 fel algaçel: ⁊ irci ſilueſtris
⁊ bouis: ⁊ leporis: ⁊ adib: ⁊ vrſi: ⁊ teſtudĩs: ⁊ vulpis: ⁊ edi: ⁊
capre montane. Et ex volatilibus aq̄le: ⁊ vulturis: ⁊ viuē
tiū ex raptu: ⁊ irundĩs: ⁊ paſſeꝝ: ⁊ galli: ⁊ pdicū: ⁊ alcubugi.
Et ex piſcib⁹ fel: ſabor ⁊ porci marini: ⁊ ſūt iuuamẽti vltimi

❡ Mahemet araſi. Alcohol ſublime in ꝯfortatõe viſus:
acuit. n. ⁊ clarificat ipm. ℞. tucie ablute nutrite trib⁹ vici
bus cū ſucco ſanſuci depurati. ʒ. xx. Deĩde accipe çinçibe/
ris: piperis nigri: ⁊ lõgi: celidonie: buruc: añ. ʒ. ij. ſalis armo
niaci. ʒ. i. Terantur oĩa cum ſucco feniculi: aut ſanſuci tri/
bus vicibus. Deinde fac ſiccari: et tere ſubtiliſſime. Et
fiat alcohol cum eo.

❡ Ruffus. Colliriū ſatis bonū: qð acuit viſū: ⁊ oculoꝝ ſa
nitatem cuſtodit tēpore multo. Accipe litiu3: ⁊ tere cõtri/
tione multa cū ſucco feniculi depurati vſq3 dū3 fiat ſicut
mel ⁊ recõde in vaſe vitreo: ⁊ vtere. Quidā āt ex poſterio
ribus addiderunt ad oēm. ʒ. eius ex felle galli: aut pdicis
. ʒ. vnius tertias duas.

❡ Idem. Cohol valēs ad idē. Accipe ex tucia quantū vo
lueris: ⁊ lauet᷑ cū aqua pluuiali. Deĩde exiccet᷑: ⁊ nutriatur
poſt illud. Primo cū aqua feniculi. Scðo cum aq̄ ſanſuci.
Tertio cum aq̄ altaraſacon ſemp ꝯterēdo. Deĩde exiccet᷑
⁊ nutriat᷑ poſt illud. ⁊ fiat cum eo alcohol.

❡ Confectio alcohol ex ĩuentiõe nr̃a. ꝯferens ſupcalefa/
ctioni oculoꝝ: ⁊ debilitati viſus cā ſubtilis ⁊ acute hūidi/
tatis: aut mordicatõis: aut pruritui ĩ oculis. Accipe tucie:
carmeni lote in aq̄ pluuiali: deĩde in aqua roſata vicibus
pluribus. ʒ. x. fricatõis mirabolanoꝝ citrinoꝝ cum aq̄ ro/
ſata. ʒ. vi. licij. ʒ. ij. ⁊ ʒ. çinçiberis: piperis lõgi: añ. ʒ. i. aſper/
gant᷑ cū ſucco agreſte: ⁊ terãt᷑ cū eo. Deĩde exiccent᷑: ⁊ pul/
uerięent᷑. Et fiant cum eis alcohol.

❡ Hamec. Cõfectio alcohol ꝯferēs obſcuritati viſus ab/
ſtergit. n. oculos: ⁊ clarificat. ℞. tucie: antimonij: añ. ʒ. vi.
ſalis gēme. ʒ. ij. licij. ſief. memite: ana. ʒ. i. cãphore. ʒ. vnius
tertiā. Terant᷑ tucia: ⁊ antimoniū: ⁊ miſce cõterēdo cū aq̄
mirabolanorum citrinorum: ⁊ hoc per triduum. Deinde
cum alijs fiat cohol: ⁊ vtere.

❡ Alexander. Colliriū ſatis efficax in clarificãdo viſu3: ⁊
ad auferēdā caliginē. ℞. fell̃ pdicis. ʒ. i. ⁊ mell̃. ʒ. ij. ſucci fe
niculi depurati. ʒ. iij. pone ĩ vaſe vitreo: ⁊ ſuſpēde in ſole p
dies ſeptē. Deinde vtere. Eſt. n. efficax.

❡ Sabor. Cõfectio trifere mirabil̃ vigorãtis viſū: cui ac
cidit ĩpedimētū pp fumos ignitos colericos aut ſalitos: ⁊
ē ei ĩpreſſio fortis: reducit. n. oclõs ad formā vigoris ado/
leſcētie. ℞. mirabolanoꝝ kebuloꝝ citrinoꝝ: ⁊ ĩdoꝝ añ. ʒ.
ij. ⁊ ʒ. belliricoꝝ: ⁊ emblicoꝝ: añ. ʒ. ij. çuccari. ʒ. x. tere ĩ va/
ſe lapideo: ⁊ funde ſup ipm aquā fontiū clarā. ſic̄ aſpergē/
do paꝝ poſt paꝝ: ⁊ hoc facias per dies tres: deĩde dimitte
ſiccari: ⁊ poſt hoc ſparge ſup ip3 diſtillãdo ex oleo roſato:
aut amigdalino. Et ꝯtere p alios tres dies. ⁊ ite3 dimitte
ſiccari. Deĩde accipe roſarū: ſandali: macaçiri: cubebe: car
damomi: añ. ʒ. ij. ſpodij: macis: añ. ʒ. i. ſuch. ʒ. i. ⁊ ʒ. deĩde ac
cipe çuccari tabarçet lib. i. tamarĩdoꝝ: xyron. ʒ. iij. pruna
q̄nquagita. Fac ex eis formas ſimiles auellanis: ⁊ da mãe
quolibet a. ʒ. ij. vſq3 ad aur. ij. cu3 aq̄ calida. bonum.

❡ Idem. Cõfectio alia addēs ĩ viſum: auferēs tenebroſi
tatē ei⁹. ℞. herbe albeduſtur: ſemis rute: añ. ʒ. vij. ⁊ ʒ. ſiſe/
leos: calamēti domeſtici: çinçib. pulegij: cubebe: nucis mu
ſcate: añ. ʒ. v. ſeceſebrā. ʒ. i. ⁊ ʒ. gariofiloꝝ: maſticis: margari
taꝝ nõ pforataꝝ: añ. ʒ. i. ⁊ tertiā alteri⁹: ſpētis cõbuſti: cri/
ſtalli: añ. ʒ. ij. ⁊ ʒ. balſami: grana. vi. ⁊ põderis croci. ʒ. i. ter/
tiā: çuccari li. ij. Fiant ex eis forme ſiles auellanis: ⁊ da ex
eis a. ʒ. i. vſq3 ad. ij. ĩ hyeme: cõueniunt ſenibus. bonum: ⁊
expertum: ſi deus voluerit.

## De caſu piloꝝ palpebrarum.

s Iaccidat pp defectū mãe. Cura ē ĩ pmis cū eis q̄
reparãt mãm ex bono ⁊ largo regimĩe. ſic̄ ſcis. De
inde cū eo qð trahit mãm ad locū neceſſitatis. ſic̄
ſūt medicĩe ⁊ colliria: q̄s dicem⁹ poſt. Et qñq3 fit ex cā p/
pria: ⁊ corruptõe mãe ⁊ egritudĩs ĩ ipſis palpebris. ſic̄ ē ſi/
lach: q̄ ē ꝓprie corroſio cū rubedĩe: ⁊ aſperitate: ⁊ pruritu ĩ
ipſis palpebris ⁊ cura ei⁹ ē vt mundificet᷑ caput ab hūore
nitroſo ſalſugineo ⁊ acuto: deĩde admĩſtret᷑ regimē hūc/
tatiuū: ⁊ frequētet᷑ ĩgreſſus balnei: ⁊ ĩclinatio ſup vaporē
aq̄ calide: ⁊ emplaſtratões ex medicĩs hūidis. ſic̄ ē portu
laca cū lacte: ⁊ mucillago pſilij cū oleo roſato: aut mucil/
lago ſeminū citonioꝝ: aut amigdale amare: aut dulces cū
lacte: ⁊ ſimilia. ❡ Poſtq̄3 aūt acq̄rit᷑ palpebris tēperies ⁊
teneritas: tūc admĩſtrãda ſūt medicamĩa piloꝝ gñonē fa
ciētia: ex his q̄ dicem⁹. Et qñ3 ē ſilach cronicū groſſū duꝝ
q̄re vapor q ē mã pili nõ ĩuenit trãſitū. Et cura ei⁹ ē mūdi
ficatio capitis cū iteratione: ⁊ ⁊ flotomia: ⁊ vētoſatio cu/
riu3: ⁊ vſus balneatõis: ⁊ emplaſtratio cū lētib⁹ excortica/
tis: ĩ eo qð mulget᷑ ex granatis ꝯtritis cū rob. Deĩde admi
niſtratio medicaminū faciētiū piloꝝ gñationē: q̄ dicem⁹.
Et ex eis ē lapis laçuli ꝓprie ⁊ lapis armen⁹ alcohol facto
ex aliquo eoꝝ cū ſpica: ⁊ pducto cū radio ſup palpebras:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0186-4
DFG

aut ex antimonio ⁊ ſpica:⁊ lapidi laꝫuli ineſt ꝓprietas mi
rabilis. Muſce ât ſi exiccant̃ abſciſſis capitib⁹ ⁊ fiat lini
mentũ ex eis cũ auellanis aſſis ⁊ adipe caprino aut vrſino
īuenit̃ efficax. Citrãguloꝝ quoq; ſemia ſi adurãt̃ ⁊ liniã
tur cũ adipe caprino piloꝝ faciũt facilẽ generationeꝫ.
¶ Mahemet araſi. Cõfectio alcohol reparantis pilos in
palpebris ⁊ ꝯfortantis eos. ℞. oſſiũ mirabolanoꝝ aduſto
rũ ꝑtẽ vnã. fumi thuris ꝑtis vni⁹ q̃rtã: ſpice romãe: lapidis
laꝫuli: añ. ꝑtis vni⁹ tertiã: liniat̃ ſuꝑ palpebras cũ radio.
¶ Emplaſtrũ quo vtẽdũ eſt ſuꝑ palpebris curãs ſilach: ⁊
remouẽs pruritũ ⁊ ſcabiẽ. Accipe granatũ vnũ itegrum ⁊
decoque illud in aceto vſquequo diſſoluatur: ⁊ emplaſtre
tur ſuper palpebras.

¶ De cura inuerſationis pilorum palpebrarum.

Cura h⁹ egritudis fiat ſm vnũ q̃tuor modoꝝ. Pri
c mus eſt iuiſcatio eoꝝ cũ aliquo leuis viſcoſitatis:
ſicut cũ maſtice: aut cũ ſputo: ⁊ cola: aut cũ gũma pi
ni: aut bdelio diſſoluto in albumine oui: aut cũ aliquo ta
lium. Scd̃s eſt ordinatio piloꝝ: ⁊ reſtrictio eoꝝ ad vnũ or
dinẽ. Et hoc qdẽ fit ſm hunc modũ. Accipe acuꝫ ſubtileꝫ
⁊ perfora ī exteriori ꝑte palpebre vt ꝑueniat ꝑforatio vſq;
ad īteriorem ꝑtẽ vbi eſt ordo nãlis pilorum: ⁊ deide acci
pe pilum: ⁊ pone in foramẽ acus: ⁊ extrahat̃: vt pilus īue
niat viã ad ordinẽ: ⁊ ſic fiat de alijs ſi ſunt ꝑles vſq; dum
ordinent̃ cũ alijs. Deide ponat̃ medicamẽ punctoꝝ cõſo
lidationẽ faciẽs: ⁊ ꝯſtrictionẽ. ¶ Tertius mod⁹ ẽ vt euel
lant̃ pili vn⁹ poſt aliũ: ⁊ igniat̃ ſtilus: aut acus: ⁊ cauteriçe
tur loc⁹. vñ eſt pilus euulſus cauteriçatõe ſufficiẽti. Et ſic
fiat de alijs. ¶ Quart⁹ eſt vt poſt euulſionẽ piloruꝫ frice
tur ſuꝑ loco medicamẽ piloꝝ gñationẽ ꝓhibens ſicut ꝓprie
oua formicaꝝ: aut rubigo ferri cum ſaliua.

¶ Cura ordeoli in palpebra.

Cura h⁹ egritudis eſt ſm vnũ trium modorum.
c ¶ Primus eſt vt ꝓhibeat̃ collectio ei⁹ in ꝑncipio
ſui: cũ eo qd̃ eſt ſicut aloes: achatia: ⁊ litiũ linimen
to facto ex eis: ⁊ ſuppoſito: aut bdeliũ reſolutũ cũ aq̃ men
te hũide: ⁊ hoc poſt corporis ⁊ capitis mundificationem.
¶ Scd̃s mod⁹ eſt vt ſi illa nõ ꝯtulerint admĩſtrent̃ reſo
lutiua mediocris reſolõnis. ꝑmo poſt euões ex eis q̃ ſcis:
⁊ ꝓprie reſoluat̃ bdeliũ ī aq̃ ⁊ liniat̃ ſuꝑ locũ: ⁊ fortius illo
eſt oppoponacũ: ⁊ adhuc forti⁹ armoniacũ cum aceto.
¶ Et ſcripſit Oribaſius linimẽtũ bonũ expertũ: ⁊ ẽ vt ac
cipias olibani: myrre: añ. ꝑtẽ vnã: laudani q̃rtã ꝑtis vni⁹:
cere: alumis: baurach: armeni: añ ꝑtem. 5. liniat̃ cum fece
olei de lilio: aut accipe galbani ℥. ij. baurach ℥. i. liniatur
cum ſucco apij.
¶ Tertius mod⁹ eſt vt ſi reſolõni nõ obediat: vt ſuſpen
dat̃ palpebra ⁊ īuerſet̃: ⁊ ſcindat̃ ſꝫ iteri⁹ palpebre: ⁊ apia
tur tunica īterior eius: ⁊ exprimat̃: donec egrediat̃ totum
qd̃ eſt ſicut mucillago. Deinde ſanet̃ vulnus cũ linimentis:
que ſunt ſicut ſanguis draconis cum albumie oui: aut ce
ruſa cum albumine oui: ⁊ ſimilia.

¶ Summa. vi. de curis egritudinum aurium.

SErmo noſter erit dein
ceps de egritudib⁹ auriũ: ſi d̃s voluerit.
Et ꝑmo de dolore earum q qñq; accidit
a malitia ꝯplõnis ſine mã: aut cũ mã. Et
ſiquidẽ ſine mã ſolum alteratiõe idiget.
Si vero fuerit calida: iuuat̃ ex īfuſione al
buminis oui recentis: aut mucillagine pſilij: ⁊ ſimiliũ ex eis
q̃ dicemus. Si aũt a malitia cõplõnis frida fuerit: ꝯferũt
īfuſiones ⁊ iniectões calide. Si aũt malitia ꝯplõnis ſicca
iuuat̃ cũ hũidis. Si ât hũida cũ ſiccis q̃ fiunt per traiecto
riũ: ⁊ emplaſtratões ex his: q̃ dicem⁹. Si aũt malitia com
plexiõis fuerit cũ mã: ⁊ fuerit calida euẽtur per floboto
miã. Si ſanguinea fuerit ex repletõe in ſãguie de vena ce
phalica. Deide ꝓcedendũ ẽ ad alterantia: q̃ dicemus. Qd̃
ſi colerica fuerit: ⁊ ẽ ille dolor q fit ſm ꝑlimũ euacuet̃ cũ
eis q̃ ſcis. Et freq̃ntet̃ lenificatio nãe cũ aq̃ fructuũ. Dei
de ſeda dolorẽ cũ alterãtib⁹: q̃ dicent̃. Si aũt dolor vehe
mentior fuerit: ꝯcedim⁹ aliq̃ ex narcoticis: ſicut ſief memi
te ꝓprie cũ aliquãto opij: ⁊ diſtemperet̃ cũ lacte mulieris
⁊ inſtillet̃ in aurẽ. Si ât mã fuerit frida euet̃ cũ eo qd̃ cõ
uenit. Deide alterãtia ſedantia admĩſtrent̃ ex eis: q̃ dice
mus. Si aũt dolor a groſſa fuerit vẽtoſitate: ſcribem⁹ me
dicamenta ei⁹ poſt. De dolorib⁹ auris factis ab apate: aut
vlcere: aut oppilatiõe: aut īgreſſu aq̃: aut aĩalis ſingularia
ſcribem⁹ capl̃a. ¶ Poſt hec aũt nõ ꝑtermittim⁹ q medi
camenta q̃ diſtillant̃ in oculis ſemꝑ actualr̃ frigida mittẽ
da ſunt: q̃ aũt in aurib⁹ tepida aut calida ſunt apponẽda:
ſiue ſint ad egritudies calidas ſiue frigidas.
¶ Medicaminũ narratio ad dolorẽ auris calidũ. Albu
men oui cũ lacte mulieris tepido. Oleũ roſatuꝫ tepidũ ꝑ
ſe: aut bulitũ cũ aceto põdere ſui vſq; ad ꝯſumptionẽ ace
ti: aut ꝯquaſſatũ cũ ſucco cucurbite. Oleũ de ſalice ſꝫ eã
dem doctrinã. Oleũ neufarinũ. Oleũ de ſemine cucurbi
te. Oleũ de papauere ſi dolor ẽ vehemẽs per ſe: aut cũ ali
quãto cãphore. eſt. n. ſadatiuũ bonũ. Lac muliebre calm.
ſicut mulget̃ cũ ſucco ſolatri: aut aq̃ coriandri hũidi. Mucil
lago pſilij cũ oleo roſato cõquaſſata: aut mucillago ſemĩ
nũ citonioꝝ. Oleũ de iabroc qñ dolor ẽ acut⁹ cũ lacte mu
lieris ſtati cũ mulget̃. Lenticulas coctas cũ panis micha
cataplaſmabis. ſucc⁹ iuſquiami fortes ſedat dolores. La
ctuca agreſtis ſꝫ oẽꝫ modũ admĩſtratõis ẽ ei⁹ medicamẽ
bonũ. Et ſilr̃ ſuccus ſolatri ⁊ papaueris: ⁊ mandragore: et
ſalicis: ⁊ teneritatum vitis.
¶ Damec. Ad dolorẽ auris a caliditate. Accipe olei roſa
ti. ꝑtes. ij. olei amigdalaꝝ dõciũ ꝑtẽ. i. aceti partes. iij. Fac
decoqui lento igne vſq; ad conſumptionem aceti: ⁊ cola
⁊ adminiſtra tepidum.
¶ Idem. ℞. folioꝝ cucurbite: aut ipſi⁹ cucurbite ſuccũ: ⁊
miſce cũ oleo roſato diu cõquaſſando: ⁊ vtere. bonũ eſt.

¶ Narratio medicaminuꝫ ad dolorem aurium fri
gidum: ⁊ ventoſum.

Adminiſtrent̃ medicamia q̃ ſunt ſicut oleũ nardinũ:
a coſtinũ: ſanſucinũ: oleũ de ruta: oleuꝫ de amigdal
amaris: oleũ de camomilla: oleũ anetinũ: oleũ lau
rinum: oleũ de lilio: oleũ de keiri: oleũ de narciſco: oleum
de perſicis: oleũ de criſomillis: oleũ de been ꝓprie: oleum
de keruà: oleũ de cinamomo. Quodcũq; hoꝝ fuerit ꝓpe
tatẽ hꝫ ad dolorẽ auris a frigida cã factum: aut ventoſa.
¶ Fundamentũ aũt: ⁊ mã ꝑparatiõis ſinguloꝝ eoꝝ arti
ficialiter ẽ cepe cauatũ: ī quo opꝫ parari ⁊ decoq cũ facili
tate ī cinere prunaꝝ. Et ex reb⁹ admixtis eis ſigillãtibus
ipſis vͥtutes mirabiles cũ bonitate decoctõis ī cepe cũ eis
eſt ruta ꝓprie: ⁊ ſuccus radicis q̃ comedit̃: ⁊ ſpica: ⁊ ſanſu
cus: ⁊ ſcea: ⁊ camomilla: ⁊ galbanũ diſſolutũ in ſucco por
ri: ⁊ ſucc⁹ porri per ſe: ⁊ aleũ: ⁊ caſtoreũ: ⁊ piper: ⁊ ſuc: ⁊ ſuc
cus cepe: ⁊ ſuccus pharaſion: ⁊ origanũ: ⁊ ſucc⁹ afodili: ⁊ eu
forbiũ: ⁊ elleborus niger: ⁊ albus ꝓprie. Et nõ ẽ icõueniẽs
in hmõi ꝑmixtõibus admiſceri mellis modicũ: deiñ tepi
dũ diſtillet̃. Si ât dolor ẽ fortis ex miſtibilib⁹ hõis ẽ opiũ
cũ pauco caſtorei: ⁊ croci: aut filoniũ cũ lacte: aut trociſci
ſtelle: aut trociſci de croco. Deide remoue nocumẽta nar
cotici cũ eis: q̃ ſcis. Ex vaporatorijs ât ſiccis eſt miliũ: aut
panicũ ⁊ ſal calefactus: ⁊ ſuppoſit⁹: aut bace lauri cũ mel
le pauco calefacte: ⁊ ſuppoſite: aut pulegiũ cũ melle: ⁊ oli
bano: aut grana lauri ⁊ olibanũ cum ſucco rute: vel aneti.
Et dixit galienus. Sacelletur ex furfure cũ vino cocto: et
oleo nardino: aut rutaceo cepe marinum tunſum: ⁊ oleo
aut butiro coctũ expertum eſt. ¶ Euaporatorium humi



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0187-0
DFG

dum fit cum aq̄s decoctionum rex: que maturāt: ⁊ carmi nant: ⁊ mollificāt ſicut mellilloti ꝓprie: ⁊ aneti: ⁊ camomil le: ⁊ fenugreci: ⁊ volubilis: ⁊ folioꝝ caulis: ⁊ ſeminū eius: ⁊ herbe vēti: ⁊ ſanſuci: ⁊ abſinthy ⁊ ſimiliū ſingulariter: aut ꝯiunctiꝫ: ita vt recipiat̃ vapor eoꝝ per canulā: cui⁹ vna ex tremitas ſit fabricata ſup̱ vas in quo res coq̄nt̃: ⁊ alia ex tremitas applicet̃ auri. Et qn̄qꝫ eſt neceſſe vt miſceat̃ cuꝫ his rebus aliq̄d ex ſtupefaciētibus: vt ſedet̃ vehementia doloris: ⁊ tūc fiat illud cū cautela. Remouent aūt nocu menta narcotici vapores ſuperius dicti cū modico caſto rei: ⁊ croci: ⁊ piperis: ſicut ſcis.

Galienus. Linimētū qd̄ adminiſtrat̃: ⁊ ſedat dolorē au ris. Accipe medullā ceruinā: aut medullā cruris iuuenci: cere: an̄. ʒ. v. oleum de nucellis: aut de amigdalis amaris: ⁊ ſuccū genigen. i. poligonie q̄ꝫtū ſufficit. fiat ex eis vnguē tuꝫ: ⁊ vnge in circuitu auris: eſt enim mirabile.

Idem. Aliud valēs ſilr: rafani radices cū oleo decoq̄: ⁊ diſtilla ex eo ī auribus: ⁊ cū lana calida ſuperpone.

Idem. Uermes q̄ ſunt ſicͭ faba media: ⁊ inueniunt̃ ſub lapidibus aut vermes plurium pedū coq̄nt̃ cū oleo ex oli uis imaturis: ⁊ diſtillet̃ ex eo ī aurē: eſt. n. expertuꝫ. Fit ēt ſilr ex ſcarabeo: ⁊ ex lumbricis terre. Oleum ſilr de ſcor pionibus eſt ad illud ſublime.

Idem fel thauri cū adipe anatis eſt iuuamēti mirabil ad dolorē auris a cauſa vehemēter frigida.

Mahemet araſi. Cōfectio medicamis de quo diſtilla tur in aurē: ⁊ linit̃ ex eo in circuitu ei⁹: ⁊ ſedat dolorē frigi dum ⁊ vētoſuꝫ. Accipe caſtorei: euforbꝫ: opy: ſtoracis liq de: piperis: folioꝝ rute: calamēti: ſinapis: an̄: fiāt ex eis tro ciſci: ⁊ diſſoluant̃ ī oleo nardino: aut coſtino: ⁊ coq̄nt̃ ī con cha cepe: ⁊ diſtillet̃ ī aurē: ſedat dolorē auris.

Hamec. in vrina tauri: aut capraꝝ ſi diſſoluat̃ myrra: ⁊ diſtilletur in aurem ſedat dolorem auris.

Iſaac ad dolorē auris. Accipe baurac: mel bonū: ⁊ oleū roſatū: ⁊ acetū: ⁊ miſce: ⁊ pone in aurem: expertum eſt.

Idē. accipe mellis ꝯrudi: ⁊ olei laurini ptes eq̄les: ⁊ cō tunde ⁊ pone in aurem: expertum eſt.

Idem. vnctio ꝯferēs ad dolorē auris. ℞. mellilloti. ʒ. ij. camomille: ſanſuci an̄. ʒ. i. ſ. aq̄ lib. i. ⁊ ſ. bulliāt vſqꝫ ad lib. ſ. Deide pone olei d̄ cheiri: ⁊ olei violati: ⁊ olei ſiſamini an̄ . ʒ. ij. Decoque ad conſumptionem aq̄: ⁊ vtere.

Gabriel. Linimentū ꝯferēs dolori auris exptuꝫ. Acci pe ariſtologie lōge: ſemis capparis: fenugreci an̄: aur. ij. pi peris lōgi. aur. i. aneti: aloes: folioꝝ ſanſuci an̄. ʒ. ſ. ellebori . ʒ. i. ⁊ q̄rtā alteri⁹: aq̄ lib. ſ. olei. ʒ. i. Bulliant vſqꝫ ad ꝯſum ptionem aque: ⁊ vtere multotiens: bonum.

Diaſcorides. Accipe radicē: q̄ comedit̃: ⁊ calefac ſup ci nerē ⁊ calidā mitte in aurē: ⁊ fac multotiens.

Idem. ſucc⁹ mēte: ⁊ mel: vt ſint de ſingulis ptes eq̄les: ⁊ diſtilla ex eo in aureꝫ: bonum eſt.

De bothor ⁊ apoſtemate aurium.

I ſit calidū: cura ei⁹ eſt flobotomia: et lenificatio nature: ⁊ ꝓprie flebotomia cephalice cū multa ſā
s guinis extractione ſi eſt poſſe: ⁊ ſi nō eſt: cum itera tione: ⁊ diſtillet̃ in aurē in p̄ncipio qd̄ eſt ſicͭ oleū roſatum in quo iā cōſumptū fuit acetū: vſqꝫ ad dies duos aut tres: ⁊ obſeruet̃ regimē in vehemētia doloris: ne deficiat vtus ⁊ faciat cadere in ſincopim: ⁊ ſudorē frigidū ⁊ pmixtionē rōnis: ⁊ mortē: q̄re diſtillet̃ in ea diſtillatione poſt diſtilla tionē ex oleo iabroth cum lacte nouiter mulſo: ⁊ ſi excuſa ri aliter nō potes cū modico camphore aut opy exhibe. ⁊ poſtq̄ꝫ p̄terijt tertiū diē diſtillet̃ in eā mucillago ſemis ci tonioꝝ. aut fenugreci: aut altee: ⁊ ſemis lini. Si autē apo ſtema nō fuerit vehemētis caliditatis: diſtillāda ſunt ali qua ex mucillaginib⁹ cū adipe galline: aut anatis: aut me dulla cruris vituli: ⁊ expertum eſt. Diaglon diſſolutuꝫ in oleo anetio: aut camomillino. Et exptū eſt: diaglon min⁹ cū oleo de alcāna. Et ex eis q̄ ſunt vltimi iuuamēti: eſt yſo pi cerotū: qd̄ dicemus. Et confert adminiſtratio euapora tory humidi quod diximus.

Ioānes Serapiōis. Emplaſtruꝫ cōferēs ad apoſtema auris. Accipe farinam ordei: ⁊ decoque cum rob: ⁊ oleo de camomilla.

Aliud. Accipe farinā fabaꝝ: camomille: violaꝝ: ſuccū: farinā ordei: alteā: mellilotuꝫ. Decoque cum aqua: ⁊ oleo camomillino: ⁊ rob: ⁊ vtere.

Idē medicamē: qd̄ reſoluit: ⁊ maturat apata: q̄ ſūt ī au ribus. Accipe farinā fabaꝝ: ⁊ fac emplaſtrū cū expreſſiōe caulium: ⁊ oleo de lilio: ⁊ ſuperpone.

Aboali. Iſopi cerotū: cu⁹ iuuamētuꝫ eſt ſublime ad apa ta auriū maturās: ⁊ ſedās dolorē: bonū: ſi deus voluerit. Accipe adipis gallie: butiri ouini: ſeu vaccini loti: cere ci trine: adipis caprini: mellis: olei de lilio: yſopi hūide de ſin gulis ptes equales. Fiat ex eis cerotū: ⁊ tepidū ī aure mit tat̃: ⁊ liniat̃ in circuitu expertum eſt.

Idem. Cōfectio emplaſtri ſatis boni ad doloreꝫ: ⁊ apo ſtemata aurium. Accipe cepe album: ⁊ elixetur ⁊ contera tur cum butiro ⁊ vtere.

Mahemet araſi. Cōfectio emplaſtri ſedātis dolorem auriū apoſtemoſum. Accipe bdelij: adipis capni an̄. ʒ. iij. farine fenugreci: ⁊ ſemis lini: radicū altee: radicū lilij ana . ʒ. v. mellilloti. camomille: an̄. ʒ. i. croci. ʒ. i. vitellū vnū oui elixi. Cōficit̃ āt ſic: camomilla: mellilotū: radices altee: et radices lilij coq̄nt̃ in aqua vſqꝫ dū cocta ſint. Bdeliū diſ ſoluat̃ in ſucco cepe: aut in aq̄ decoctōis herbaꝝ. Et ex oi bus his ⁊ ceteris fiat emplaſtruꝫ: poſtq̄ꝫ addit̃ rob: ⁊ olei ſiſamini: aut de lilio an̄. ʒ. ij. butiri q̄ꝫtuꝫ ſufficit. Coq̄ntur oīa vſqꝫ dū pingueſcāt: ⁊ emplaſtret̃ cum eo. Et quādoqꝫ apud neceſſitatem addit̃ ei opy. ʒ. ij. ⁊ ē mirabile. Et qn̄ qꝫ pro opio papaueris albi. ʒ. vij.

De ſonitu ⁊ tinnitu aurium.

It qn̄qꝫ pp̄ debilitatē. ſicͭ accidit ꝯualeſcētib⁹. Et
f cura ei⁹ eſt cū reſumptiuis: ⁊ addētib⁹ ad vtutem corporis: ⁊ regimē ꝯualeſcētiū ſicͭ ſcis. Et qn̄qꝫ fit pp̄ aduentū criſis: ⁊ eſt ſilendū ⁊ q̄eſcēdū ī eo. Et qn̄qꝫ fit pp̄ abundātiā: ⁊ repletionē ſupfluā ī capite. Et cura ei⁹ eſt ſolō ⁊ euō cū yera diacolloq̄ntide ⁊ cochys ⁊ ſilib⁹ cū ite ratiōe: ⁊ iteratōe. Deide fiāt īſtillatōes: ⁊ emplaſtratiōes poſt embrocatōes: ⁊ euaporatōes p̱ traiectorium ex his: q̄ dicemus. Et fit qn̄qꝫ a vētoſitate groſſa: ⁊ ꝯferūt ei capit purgia: ⁊ ſternutatōes poſt mūdificationē radicū ⁊ diſtil latōes note: ⁊ ꝓprie cū oleo de alcāna ⁊ modico de eufor bio: aut oleo rutaceo: ⁊ caſtoreo aut oleo de been cū modi co ſucci porri. ⁊ qn̄ꝫ fit ex coartatōe hūoꝝ groſſoꝝ: ⁊ viſco ſoꝝ. Et ꝯfert ī hoc nitrū cū melle: ⁊ aceto aut ellebor⁹ al bus cū caſtoreo ⁊ melle: ⁊ aceto: ⁊ oleo de been.

Hamec filius Zeçar. Oleū rafani cū oleo roſato: ⁊ ſuc co porri ⁊ felle ouiū ꝯfert tinitui: ⁊ ſibilo auriū. Succ⁹ por ri cū oleo roſato ⁊ lacte mulieris ⁊ caſtoreo valet ſilr.

Unguentū ex iuētōe nr̄a. valēs cū auxilio dei ſonitui auris: ⁊ grauedini auditus pp̄ vētoſitatē groſſā: ⁊ mā̄ꝫ fri gidā. ℞. ellebori albi: caſtorei: coſti: an̄. ʒ. i. rute: nitri: pipis longi an̄. ʒ. vni⁹ ptes. ij. euforbij. ʒ. vni⁹ tertiā: deide accipe ſucci radicis q̄ comedit̃: ſucci porri: olei nardini: camomil lini: olei de amigdal' amaris: olei anetini an̄. ʒ. i. coq̄nt̃ ad ſuccoꝝ cōſumptionem cola ⁊ vtere: expertum eſt.

Ioānes Serapiōis. Si tinnitus a vētoſitate ꝯtingat: ⁊ īflatione. Accipe euforbij. ʒ. i. ⁊ reſolue in oleo de alcanna ⁊ vtere: aut caſtoreum cum oleo rutaceo: aut oleuꝫ de be en cum ſucco porri.

Idem. ſi ex mā̄ groſſa coartata in aurib⁹ ꝯtingat vapo ret̃ auris per traiectoriū. Deide inſtillet̃ medicamen qd̄

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0188-5
DFG

℞.ellebori albi: caſtorei:nitri:añ partem.i.croci.ptis vni/
us gntã .Miſce cũ oleo ſiſamio ꝛ aceto: ꝛ diſtilla in aurẽ.
¶ Alexander. Ad diuturnos auriũ ſonit⁹ ꝛ tinit⁹ mirabi/
lis. ℞.euforbij:ꝛ diſſolue in oleo ciprino:ꝛ vtere.
¶ Filius Zacharie araſi. Accipe camomillã:ſanſucũ cala
mentũ:ſcebã:yſopũ ſiccã:abſinthiũ: buliant i vaſe ſup qđ
ponat̃ traiectoriũ:ꝛ recipiat̃ fumus eius: confert enĩ poſt
corporis mundificationem.
¶ Idem. Si fiat ſonit⁹ auriũ pp debilitatẽ ſuccedẽtẽ fe/
bribus:diſtilletur in aurez acetum decoctionis abſinthij
cum oleo roſato.
¶ Haboali. Medicamẽ exptũ ad ſonitũ ꝛ tĩnitũ auriũ.
Accipe gariofiloꝝ : ſemis porri:añ.ʒ.i. muſci grana.ij. Di/
ſtillent̃ cũ aq̃ ſanſuci:aut folioꝝ pini:aut rute.

¶ De debilitate auditus:ꝛ ſurditate.

q Ue natiua eſt nõ iuenit curam. Que aũt antiq̃ eſt
vix recipit curã. Que ãt fit ꝑpter apã:aut bothor
diximus ei⁹ curã. Si aũt fiat pp ſaniez in aure aut
pp aliqd qđ itrauerit in aurẽ. ſicut eſt lapis:aut faba:dicem⁹
curã eoꝝ. Et qñq; fit ꝑpter ꝯſtipationẽ colere in corpe:ꝛ
fit eaꝝ redundatio ad aures. ſic Hyppo. dixit. Et ꝯfert in
hmõi: vt euacuet̃ colera euone poſt euonem. Et fit ẽt ex
eiſdẽ cauſis:ex qbus fit ſonit⁹ ꝛ tuba in aure: ſicut eſt reple/
tio:ꝛ coartatio hũoris groſſi ꝛ viſcoſi: ꝛ ventoſitas groſſa.
Et nõ differũt:niſi ſm fortẽ ipreſſionẽ ꝛ debilẽ. Facta enĩ
debilis ab eis ipreſſio facit tubã:ꝛ ſonitũ. Ex forti.n.ipreſ/
ſione tharas. Quãobrẽ curã adhibeas. ſic diximus illic. Fit
ẽt ex verruca:ꝛ carne addita:ꝛ raro pp loci nobilitatẽ hʒ cu
rã. Interdũ tñ curat̃:ꝛ ꝑprie cũ admiſtratiõe medicamis
acuti vna vice poſt aliã vſq; dũ cõſumat̃ caro addita:aut
verruca. Deide curet̃ medicamĩe incarnatiuo. Et qñq; fit
ꝑpter ſordes: q̃ ſunt i aurib⁹. Et ei⁹ eſt cura:vt extrahan/
tur ꝛ afferantur ad locum hũc que diximus in capitulis:
que ſunt ante iſtud.
¶ Mabemet filius Zacharie araſi. Cõfectio medicami/
nis ad grauẽ auditũ:ꝛ tinitũ auriũ:bonũ. ſi deus voluerit.
Accipe pulpe collogntide.ʒ.ij.baurac.ʒ.vni⁹ tertias.ij.ca/
ſtorei.ʒ.i.ſucci abſinthij.ʒ.i.ariſtologie rotunde.ʒ.i.eufor/
bij.ʒ.vni⁹ tertiã:coſti.ʒ.ß.fiat ſief cũ felle vaccino:ꝛ diſtil/
letur cum oleo amigdalino amaro. Et hoc poſt euapora/
tionem in traiectorio.
¶ Alexãder. Ad idem expertũ:ꝛ ꝑprie ſi fiat ſurditas ex
hũore frigido oppilante:ꝛ ẽ exptũ.. Accipe elleboꝝ albuz
caſtoreũ:nitrũ:piretrũ:coq̃nt̃ i vĩo forti: deiñ cola ꝛ diſtil
la ex eo i aurib⁹:ꝑus tñ ſternutamẽta ꝓuocentur.
¶ Idem. Cõfectio trociſcoꝝ auferẽtiũ ſurditatẽ ꝛ graue
dinem audit⁹ ꝛ ſunt expti. ℞.ellebori albi:caſtorei añ.ʒ.i.
nitri.ʒ.ß.fiãt trociſci cũ aceto ꝛ admiſtrent̃ cũ aceto.
¶ Idez. fiat puluis ellebori albi cũ aceto poſit⁹ cũ licinio.
¶ Fili⁹ Serapiõis. Cõfectio trociſcoꝝ quoꝝ opatio ẽ vl
tima ad oppilatõz ꝛ tharas. quoꝝ ꝑmixtio. ℞. ellebori al
bi.aur.ij.nitri.aur.viij.croci.aur.iij.ꝯfice poſtq̃ȝ bene con
terantur cum aceto ꝛ fac trociſcos ꝛ adminiſtrentur cum
aceto. ſunt.n.admirabiles.
¶ Alexander. qñ ſurditas cõtingit ex colerico hũore i au
rib⁹ coartato. ꝛ hoc reſtricto fluxu colerico abundare con
ſueto: tũc ꝓuocato eo ꝛ educto per vẽtrẽ: ſoluit̃ ſurditas:
ſic ex Hypp. doctrina colligim⁹. Si aũt ex crudis : ꝛ viſco
ſis cõtingat hũorib⁹: fortiora ſunt adhibẽda medicamĩa.
Difficilius.n.morb⁹ ſoluit̃. Dandũ ẽ igr̃ oximel: qđ Julia/
no ꝑſidi factuz fuiſſe teſtat̃ ab Oribaſio: aut yera galieni
cũ iteratõe:ꝛ iteratõe: aut dãdũ eſt hoc medicamẽ: qđ ℞.
ſalis armoniaci: piperis.añ.ʒ.ij. euforbij.ʒ.i. Dabis ex eo.
ʒ.iiij.aur.vij.cũ ouo ſorbili: aut idromelle. eſt.n. mirabile
ad vertiginẽ: ꝛ epilepſiã: ꝛ mulierib⁹ mẽſtrua potẽter edu
cit. Poſtq̃ȝ ãt purgatus fuerit. gargariſmata ꝛ ſternutatio
nes neceſſarie ſũt. Uex gargariſmata fiãt ex ſtaphiſagria
ꝛ ſinapi. cũ maſtice. Sternutatões aũt ex elleboro albo:ꝛ
pipere. Ultimo v̊o diſtilla i aurẽ q̃ morbũ ſoluãt ex his:q̃
diximus. Si aũt adhuc paſſio ꝑmaneat: ꝓuocet̃ vomit⁹ cũ
facilitate:ꝛ iteratõe cũ eis: q̃ ſunt ſicut elleborus alb⁹ cũ ꝓ/
prietate i hoc:ꝛ iterata expurgatõe:ꝛ gargariſmate:ꝛ alijs
q̃ ſuperi⁹ diximus. Equitare aũt ꝑ loca arenoſa:ꝛ decliuia:ꝛ
euectões cũ curru:ꝛ balneatões in aqs thermaꝝ ꝛ ſalſaꝝ
ad hoc multũ cõferũt remouenduz. Et credo q̃ ſurditati
facte a mã frigida:aut vẽtoſa cõferũt olea calida. ſicut coſti
nũ ꝛ anetinũ ꝛ oleũ balſami ꝑprie ꝛ ſilia: quoꝝ rememo/
rati ſumus i dolorib⁹ auriũ. Et pulpe collogntide:aut ſuc
co cucumeris aſinini: aut radicis eius ieſt ꝑprietas mira/
bil' cũ aliquo ꝑdictoꝝ oleoꝝ. Et ex eis eſt oleũ nardinum
cũ caſtoreo. ꝛ ſilr̃ ſief factũ ex aloe:caſtoreo:ꝛ pulpa collo/
gntide ptib⁹ eq̃libus: cõfice cũ felle vaccino:ꝛ iſtilla cum
oleo rafani aut aliquo oleoꝝ calidoꝝ. Et oleum rafani:ꝛ
oleũ ſtaphiſagrie iã expta ſũt:ꝛ expt⁹ ẽ puluis ellebori al/
bi cũ aceto iſtillatus i aurẽ: aut miſſus in aurẽ cũ licinio.

¶ De vlceribus aurium.

q Uedam ex eis ſunt manifeſta:ꝛ hñt gña curatõis
nota ſic diximus in caplõ de algarab. Quedã vero
ex eis ſunt occulta poſita in ꝓfundo. Et ſũt ex eis
q̃dã in qbus nõ multũ ꝑterit tps. Et alia q̃ ſũt cronica an/
tiqua i q̃ꝝ curatõe ꝑueniem⁹ admiſtrando regimẽ ſubti/
liatiuũ in his q̃ comedunt̃ ꝛ bibunt̃:ꝛ ceteris:ꝛ mũdificã
do corporis:ꝛ ẽt capitis ſolõnib⁹ factis cũ iteratione:ꝛ itera
tione. At ſi vlcus recẽs fuerit duplici eget gñe curatõis.
¶ Primũ eſt mundificatio:ꝛ abſterſio cũ eis q̃ ſũt abſter
ſionis mediocris: ſicut eſt aq̃ mellis ꝑprie: aut vinũ cũ mel/
le: aut acetũ cũ melle: aut oximel ſq̃lliticũ: ꝛ ſilia factis ex
eis iniectõibus poſt iniectiones per ſiringã: aut per aliqd
aliud qđ eſt ſicut canellus penne ſubtilis. Deide cũ bom/
bice aut lana ſubtili abſtergatur.
¶ Scđm genus curatõis eſt exiccatio:ꝛ cõſolidatio coꝝ
cũ eo:qđ eſt mediocris exiccatõis ſine mordacitate mľta:
ſicut eſt ꝑprie olibanũ ſolutũ cũ vino: aut ſarcocolla ꝛ oli
banũ ſoluta i vino:ꝛ melle pauco:ꝛ exptũ bonũ. Et ex eis
eſt myrra ꝛ aloes diſſoluta in vio:ꝛ ſandaraca i hoc eſt mi
rabil':ꝛ ꝑprie trita cũ vino:ꝛ melle:ꝛ imiſſa cũ licinio. Sa
nat.n.ꝛ dolorẽ tollit. Et ſilr̃ alumẽ cũ aceto tritũ ꝯtritiõe
vltima exptũ eſt. Et ſilr̃ liciniuz cũ ſief memithe. Alumẽ
iamenum:ꝛ myrra:ꝛ aloes: ꝛ ſandaraca:ꝛ ſarcocolla cum
melle:ꝛ vino ſũt ex ſumma coꝝ. Et ſilr̃ ſanguis draconis.
Sief memithe: ſarcocolle: myrre: aloes: ſpume maris: oli/
bani añ.ps.i.alumis aduſti ps.i.ꝛ.ß. Terant̃ contritiõe vl
tima cum melle ꝛ vino vſq; dum fiat in terminuz mellis
tenuis. Deinde vtere cum licinio.
¶ Si aũt antiquuz cronicũ fuerit triplici eget genere cu
ratõis. Et ꝑmuz qdem eſt mũdificare:ꝛ abſtergere vlcus
a viru:ꝛ putrefactione:ꝛ corruptiõe ferida: cũ eis q̃ ſunt vi
goroſe abſterſionis: nõ nimis fortibus in ꝑncipio: vt ꝑue/
niat̃ paulatiz ad ea q̃ ſunt fortiora. Ex reb⁹ geneꝝ medio
criũ eſt vrina pueri cũ melle:ꝛ abſinthio cũ vino:ꝛ melle:
ꝛ modico ſal' gẽme ꝛ oximel ſq̃lliticũ cum modico floris
eris. ꝛ fortius eſt alchitran cũ melle:ꝛ ex eis eſt vinũ deco
ctionis radicũ luf. cũ melle: aut ſuccus affodilloꝝ cũ mel/
le:ꝛ modico ſalis gẽme. Et cõfert ſuccus folioꝝ nucis: cuz
melle:ꝛ vino. Et adhuc fortius eis eſt fel thauri cuz vrina
pueri:ꝛ hoc apud vehemẽtiã putrefactõis:ꝛ fetoris. Et ex
cõpoſitis vltimis: ad hoc eſt vnguentũ egyptiacũ qđ dixi/
mus in antidotario:ꝛ ꝑprie ſolutũ in vino aut aceto:ꝛ di/
ſtilletur in aurẽ:ꝛ eſt mirabile. Et ſilr̃ vnguentuz de flore
eris: aut medicamẽ huiuſmodi cõpoſitum. Recipe floris
eris:ꝛ tubel eris añ.ʒ.ij.ſucci porroꝝ mell' puri ana.ʒ.i. vri
ne pueri q̃ȝtũ ſufficit. Terat̃ vſq; duz fiat ſicut mel: ꝛ vtere.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0189-3

¶ Secundum genus curatiõis eſt icarnatio ⁊ reparatio
eius qḋ iam per putrefactionē deperditū eſt. ⁊ hoc qdē ꝑ
ficitur cū reb⁹ mediocris exiccatõis abſq; mordicatione
vehemēti ⁊ ſunt ea ꝓpe quoꝝ in cõſolidatione vulneruꝫ
nõ antiquorum rememorati ſumus.
¶ Tertium gen⁹ curatõis eſt exiccatio ⁊ ꝯſolidatio vlce
ris cū rebus exiccatiuis: ⁊ ꝯſolidatiuis i qb⁹ ſit ꝑmixtio ali
quoꝝ acuitatē habētiū. ſicͥ myrra: aloes: thus ⁊ ſilia. quo
rū ꝑceſſit rememoratio: qb⁹ admiſceant̄ aliq̄ q̄ ſunt ſicut
colcotar: flos eris: ⁊ ſimilia: ⁊ nos tradem⁹ cõpoſitiões ſo
lemnes quantū pertinet ad hanc partem.
¶ Filius Zacharie araſi. Cõfectio medicamis ad vlcera
q̄ fiunt in aure: ⁊ ē exptū. ℞. ſarcocolle ſanguis draconis.
olibani: ſpume maris: myrre: baurach: boli armeni: ſcorie
ferri: floris eris: aloes: colcothar. añ. ptes eq̄les. Terāt̄ cõ
tritõe ſubtili ⁊ ex media pte eius fiat ſief ⁊ diſtilla ex eis i
aurē cū aq̄ mell' aut mellicrato: aut oximelle: ⁊ ex alia me
dietate īuoluto licinio i melle: ⁊ i medicamie mitte i aure
lota ꝑus ex aceto ⁊ aq̄ ⁊ exiccata cū bombice: aut lana.
¶ Joãnes Serapiõis. Unguētū egyptiacū ꝯferēs ad vl
cera ſordida: ⁊ putrida: ⁊ fetida: ſiue i aure. ſiue vbicunq;
ſint ꝑ corpus: ⁊ ad fiſtulas: ⁊ ad vlcera maligna: q̄ ſūt i lo
cis abſconſis ⁊ itricatis ⁊ idigēt abſterſiõe. ℞. mell' diſpu
mati. ℥. iiij. aceti boni. ℥. iij. ciniar. ℥. i. cõfice igne leui vſq;
dū mell' hēat ſpiſſitudinē: eſt. n. abſterſiuuꝫ ſublime.
¶ Idem. Modus ꝯfectõis ſcorie ferri c⁹ iuuamentū eſt
ſublime ad vlcera q̄ fiūt i aure. Accipe ex ſcoria ferri: ⁊ la
ua eā cū aceto forti poſtq; triueris eā vehemēter. Deide
exiccet̄ ſup latere calido: deide fiat ſil'r vſq; ſepties: deiñ
terat̄ vſq; dū fiat ſicut puluis ſubtil': ⁊ decoquat̄ in aceto
decoctõe vehemēti vſq; dū hēat ſpiſſitudinē mell': ⁊ diſtil
let̄ ex eo in aure: aut itromittatur cum licinio.

¶ De vermibus in aure.

v Ermes in aure idigēt medicamie necante eos in
ꝑmis. Deide igenio educēdi eos ne ꝓpter rema
nentiā eoꝝ accidāt putrefactões: ⁊ vlcera. Et pri
mū qdem ꝑficit̄ cū medicis qbus eſt ꝓꝑetas ſup hoc: ſicͥ
amaris ꝓpe: ⁊ acutis: ⁊ acetoſis: ⁊ q̄nq; igeniat̄: ⁊ dant̄ me
dicine q̄ ſūt venenū eis cū ꝑmixtõe dulcedis vt auidi⁹ re
cipiant. Res āt qb⁹ eſt ꝓꝑetas necādi eos: ſunt ſicͥ abſin
thiū ꝓpe: ⁊ taraſacon: ⁊ cētaurea: qḋcūq; eoꝝ coctū cū vi
no ⁊ diſtillatū. Et calamītū eſt forti⁹ his. necat. n. vermes:
⁊ dolorē ſedat: ⁊ ꝓpe ſuccus ei⁹: ⁊ ſil'r ſucc⁹ capparis. Elle
bori albi diſtillatio facta cū vio expta ē. Et ſil'r ſcamonee
diſſolute i aceto: ⁊ aloes cū vino ⁊ ſucco capparis: aut cala
menti. Ualet ēt cucumeris agreſtis ſucc⁹ cū radice eius ⁊
ſuccus folioꝝ ꝑſici cū aceto: ⁊ ſucc⁹ radicū mori. Ex bonis
miſcibilib⁹ cū eis ſunt fella: aut euforbiū. Et oleādro ieſt
ꝓꝑetas mirabil'. Et dixit Halienus. Si cetera nõ ꝯferant
ſulphur viuū ⁊ calx viua terant̄: ⁊ ex eis cū melle fiāt tro
ciſci: ⁊ diſtillet̄ ex eis i aurē cū aceto. Et alkitran diſtilla
tus in aurē eſt ex eis q̄ vltimo necāt eos. Et ſil'r ſuccus cu
cumeris aſinini: aut calamenti cuꝫ ſcamonea: aut ſinapis
ſemen cum ſucco iuſquiami.
¶ Scḋa res ꝑficit̄ cū igēiatõe educēdi eos: ⁊ ꝓꝑe vt diſtil
letur in aurē hora poſt horā oleū tepidum. Deide ſternu
tet cū ꝯdiſi: ⁊ retineat os: ⁊ nares: vt ſpūs ferant̄ ad aures
cum ipetu. Et q̄nq; rõnabil'r applicat̄ vētoſa i aure. Si āt
vmes putruerit i aure: ipleat̄ auris vna vice p⁹ aliā vino:
⁊ oleo tepidis: ⁊ radio imiſſo i ea cū bombice: aut lana ab
ſtergat̄: ⁊ lauet̄ vſq; dū totum excludat̄ corruptum.
¶ Hamec. Medicamē cõferens vermibus in aure: ⁊ do
loribus eoꝝ. Accipe olei de ꝑſicis: olei de criſſomilis: olei
de amigdalis amaris: aut ſucci folioꝝ radicis: ⁊ ſucci apij
añ. ptes. ij. Bulliant lento igne vſq; ad ꝯſumptionē ſucco
rum. Et diſtilla ex eo in aurem mane ⁊ ſero.

¶ De ingreſſione aque in aurem.

c Ura hui⁹ egritudīs fit ſm vnū triuꝫ modoꝝ: aut
cū igeniatõe: quā ſeqtur euacuatio: aut attractio:
aut reſol'o. Prima qdē ꝑficit̄ cuꝫ tuſſi: ⁊ ſternuta
tõe cõprehendēdo os ⁊ nares: aut effundat̄ in aurē aqua
vſq; dū repleat̄. Deinde iuerſet̄ cū velocitate: ⁊ excludat̄
aq̄ tota: ⁊ imittat̄ radius ſubtilis aure exiſtēte iuerſa: ⁊ cõ
moueat caput ſuum frequenter: ⁊ deſcendat per gradus
velociter. aut tuſſiat: ⁊ ſternutet. Hec enim faciunt egreſ
ſionem aque facilem.
¶ Scḋa res ꝑficit̄ cum ſuctiõib⁹ ⁊ medicis q̄ attrahunt
aquā efficaciter: ſicͥ ſpõgia marina imiſſa i aurē ligata cū
filo: vt facilius fiat ei⁹ attractio: aut lana q̄ iuenit̄ in con
chis marinis: aut fruſtū medulle ſambuci. Et ex iſtrumē
tis eſt cānelus q itromittat̄ i aurē ⁊ fiat ſuctio ꝑ ipm: ⁊ q̄ñ
q; ꝑmittit̄ in aurē extremitas cānelaris: ⁊ ꝓpe iſtrumēti
qḋ attrahit q̄ñ ſubito relinqtur ei vacuū. ⁊ ē modus attra
hendi vehemēs. q̄re attrahit̄ aqua fortiter.
¶ Tertia ꝑficit̄ cū igeniatõe: q̄ fit aq̄ reſolutio cū facilita
te: ⁊ eſt vt accipiat̄ cānelus aneti: ⁊ iuoluat̄ ſup vna extre
mitatū eius cotū ſicͥ vſq; ad tertiaꝫ ipſi⁹. Et alia extremi
tas mittat̄ in aurē: ⁊ circundet̄ ei aliqd ex coto: vt ſigillet̄
in foramie auris: deide accēdat̄ ſup extremitatē que eſt
extra ignis. Et dixerūt aliq q; ꝑus fuerit ſubmerſa i oleo.
reſoluit̄. n. aq̄ cū opatõe hac vice poſt vicē. extracta āt aq̄
diſtillet̄ i aurē oleū roſatū tepidū iſtillatõe p⁹ iſtillatõeꝫ
¶ Sūma. vij. de egritudib⁹ nariū. ⁊ ꝑmo ð fetore nariū.

**FEtoꝛ narium ſi fuerit**

ꝓpter vulnera in narib⁹: aut ꝓpter emoꝛ
roidas natas in ipſis dicem⁹ curā. Si āt
fuerit ꝓpter humoꝝ putrefactõeꝫ in cir
cuitu nariū: aut ſuſpēſoꝝ: aut adherēnū
i partib⁹ colatoꝛij: aut i. parte mamillari
aut i vētriculis cerebri: tūc cura ei⁹ eſt tres res. Prima ē
mūdificatio capitis pluries iterata cū medicinis: quaruꝫ
forma ē apud te: ⁊ iam ſcis eas. Et hoc fiat poſt regimen
bonuꝫ in ſex generib⁹ reꝝ: ſicut etiam ſcis.
¶ Scḋa eſt itētio circa partē vt abſtergat̄: ⁊ mūdificet̄
qḋ de corruptione iheret in partib⁹ alchaiaſin. ⁊ hoc qdē
ꝑficietur cum medicinis qbus ineſt proprietas hoc face
re: ⁊ ex eis eſt vinū bonū odoriferum de quo fiat collutio
poſt collutionē: ꝑmo ſimplici: deinde cuꝫ vino decoctiõis
eoꝝ: que ſunt ſicͥ myrra: ciperus: roſe: calamus aromatic⁹.
xiloaloes: ⁊ ſilia. Deinde iſufflet̄ur in nares calamus aro
maticus: ſpica: ciperus: roſa: myrti folia: ⁊ ſimilia ſingula
riter aut cõiunctim cum modico: ſal' gemme. ⁊ ſimil'r con
fert puluis calamēti mõtani iſufflatus: aut xilobalſamī:
⁊ fortius eis eſt elleborus albus.
¶ Jnqt Halien⁹. Urina aſinoꝝ eſt ex meliorib⁹ lauacris:
⁊ iſuſiõibus ad fetorem nariū ⁊ cõferunt imiſſiões tenta
rum: ⁊ ꝓprie ex eiſdē ex qbus fiunt iſufflatões: quoꝝ no
minatio preceſſit: ⁊ ꝓprie confecte cum melle aut cuꝫ vi
no odorifero. Et ex rebus mirabilibus ad hoc eſt tenta fa
cta ex puluere yere pigre. ℨ. iiij. calami aromatici: myrre:
gariofilorum añ. ℨ. ij. ſpice: folij: floruꝫ ſqnāti: darſeſaban
añ. ℨ. ij. ⁊. ℨ. ⁊ fac tentas cum vino bono.
¶ Jnquit Diaſcorides. Darſeſaban ſm oēm moduꝫ ad
miniſtratõis ei⁹ ē ad hoc medicamen expertuꝫ.
¶ Tertia res perficitur cum eo qḋ facit diuerſioneꝫ ma
terie ab emunctorijs: ⁊ partibus narium: ſicut ꝓprie cau
terium factum in cubendeg: cuius formam narrauimus
in capitulo de catarro: ⁊ in curis oculorum. Fit etiā fetoꝛ
narium ex vapore eleuato a ſtomacho: ⁊ alia parte: ⁊ cura
eius eſt ſicut preceſſit poſt correctionem ſtomachi: aut al
terius partis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0190-7
DFG